

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis
Farrago**

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Reuerendo uiro, &c.D. Georgio Buchholtzer S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

uos commendamus. Date Vitebergæ, pridic Andrea, 1559.

Reuerendo uiro, eruditione & uirtute prestanti, Domino N.N. pastori Ecclesie Dei in inclyta arce Bremi, suo charissimo.

Reuerende uir, & charifime frater: Mitto tibi & reuerendo uiro Kitelio propositiones Eberi, et aliorum quorundam. Cumq; existimem uos ad publicam testimonij renunciationem & ad precationem communē uocari, queso ut huc ueniat: quod eō facietis, quia quedam de publicis auditis, que scire uos refert. Vrbs Treuerica circumfessa est ab Episcopo. Nunc audio deliberari de ea liberanda: quod si fiet, metuo hoc bellum fore ex iacto, tragoedie annorum triginta. Oro autem filium Dei, ut penas leniat, & seruet Ecclesiastis, quarum uideamus in hac delira mundi senecta ingentes & umbras esse. Sed configiamus ad Deum, qui dixit: Etiam in senecta gestabo uos. Bene uale, & ueni. Die 19 No uembri: quo, hodie mane, filiolus, Dei beneficio, meo genero natus est.

Reuerendo uiro, &c. D. Georgio Buchholtzer S. D.

Reuerende uir, & amice colende: Scio uobis non deesse consilium; & habere istic fideles homines, qui

qui utilia suadere possunt: tamen pro nostra sincera amicitia ego uobis suadeo, ut si inspectores offerunt pensiones annorum quinqus, sitis contenti hoc munere, nec pugnetis de summo iure. Videtis quam turbulentia instent tempora. Quare Deo commendemus nos, & nunc de institutione iuniorum pia cogitemus, quibus qualem Deus Rempublica post aliquantum annos daturus sit, nunc scire non possumus. Sed habeant uiaticum, scilicet pietatem & eruditio[n]em, ut possint usui esse Ecclesiae, qualiscunqu; forma erit imperiorum, quorum timeo ruinas non leues. De Prussiaco negocio questo ut hoc agatis, ut communis responso mittatur a nobis & a uobis, & Marchionis Ioannis concionatoribus: ne maiora disfida orientur. Die Octobris 27.

Turcicus exercitus profligatus est. Oremus filium Dei, ut nobis adsit. Bene ualete, die Andreæ.

Reuerendo uiro, D.N.N. pastori Ecclesiae Dei in inclyta urbe Bremi, fratri suo charissimo, S. D.

Reuerende uir, et charissime frater: Preterita uituperari possunt, mutari non possunt. Ideo nec de clade, nec de causis dispiuto: sed doleo extinctum esse Principem, cuius excellens uirtus fuit: ut in hac postrema pugna etiam ostendit, in qua proditus et de serius, Deo inuante uicit tamen. & oro filii Dei,

r ut